

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE SVMMO PON=||TIFICE,|| QVINQVE LIRBRIS|| EXPLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

XVII. Soluuntur argumenta aduersarioru[m] ex Scripturæ testimo niis  
ducta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53860)

esse continentes. I T E M , Euangelium iubet sumi Eucharistiam, sed non determinat quomodo, aut quando; igitur P̄inceps Ecclesiæ determinat, vt saltem in Paschate sumatur. Apostoli legem condunt, vt sumatur ante omnes alios cibos, nimirum à ieiunis. Hinc A V G U S T I N U S in epistola lib. cap. Non precepit, inquit Dominus, quo deinceps ordinatur, s̄t Apostolis, per quos Ecclesiæ dispositurus erat, in hunc locum.

Restat nunc, vt probetur assumptio, videlicet, omnem ram legem esse coactiuam. Id vero apertè docet D.Thomas 1.2. quæst. 96.art.5. & 2.2.q.67.ar.1. & lect.3.in cap.2.ad hanc probatur ex ipsa natura legis. Est enim lex regula quædam humanarum actionum à Deo immediatè, vel mediata constituta; deuiare autem à regula, peccare est. Vnde Aristoteles lib.10. Ethic. cap.9. Lex, inquit, est sermo ab aliquo prudentia ac mente profectus, vim habens cogendi. Itaque eadem legi in hoc posita est, vt vim habeat cogendi & ligandi, ut peccatum aliter agere. Quod item ostendit definitio peccati, quid enim est peccatum, nisi transgressio legis? Sic enim definitur peccatum ab Apostolo, 1.Ioan.5. appuaria &c. Neque potest dici, legem obligare ad non contemnendum. Nam lex, quæ obligat ad non contemnendum Principes, est lex quædam generalis, & diuina. Hęc autem, de qua agimus, est particularis & humana, vt cùm Pontifex ieiuna Quadragesimam, non obligat te ad non contemnendum superiore, sed ad ieiunandum.

## CAPUT XVII.

Soluuntur argumenta aduersariorum ex Scriptura & testimonio ducta.

**S**UPEREST argumenta soluere. PRIMUM summa ex illo Matth.vlt. Baptizate omnes Gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, dicentes eos servare omnia, quacunque mandauit vobis. Vnde notant, non esse dictum, docentes mandata vestra, sed mea. Inde autem colligunt, non licere Episcopis præcepta dant hoc est argumentum Ioannis de Wellalia. RESPONDENS,

is, quę mandauit Dominus, illud etiam esse, vt seruentur pręcepta Prælatorum. Dominus enim ait: *Qui vos audis, me audit.* Eccl. 5. c.

SECUNDVM ex illo Deut. 4. Non addetis ad Verbum quod ego loquor vobis, neque minuetis ex eo. Et cap. 12. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, non addas quidquam, neque minuas. Vbi sermo est de præceptis cærimonialibus, & iudicialibus. nam cap. 4. præcedit: *Audi Israël præcepta atque iudicia.* Et cap. 12. *Hac sunt præcepta atque iudicia, etc.* I AM vero si Deus præcepit Israëlitis, vt nullum præceptum adderent ad ea, quæ in Scriptura Testamēti veteris continentur, quanto magis præcepisse censendum est, ne Christiani addant ad Euangelium, quod est longè perfectius Testamento veteri? Hoc argumentum Lutherus, Calvinus, aliquique ferè omnes faciunt. Et Petrus Martyr tanti facit, vt in commentar. cap. 8. I ad Cor. in margine posuerit: *NOTA, bonum argumentum.*

RESPONDEO, duobus modis posse intelligi additionem, vel detractionem ad præceptum fieri. VNO modo, quod addatur præceptum præcepto, vt si ad numerum decem præceptorum adderentur duo alia præcepta, & fierent duodecim, vel detrahantur duo præcepta de numero denario, & fiant solum octo. ALIO modo, quod sine multiplicatione præceptorum plus fiat, quam præceptum iubeat, vel minus; vt si cum Deus iubebat in Paschate comediri unum agnum à singulis familiis, aliqua familia duos agnos comedisset, vel dimidium tantum. Dico igitur, Scripturam non prohibere additionem prioris generis, sed posterioris tantum; id est, non prohibere additionem ad numerum præceptorum, sed additionem ad opus præceptum. Id quod probbo, quia inuenimus Iudeos addisse ad numerum præceptorū tam cærimonialium, quam iudicialium.

De cærimonialibus additis multa sunt exempla. Nam Ester 9. Scripsit Mardocheus, inquit Scriptura, ut quartam-decimam & quintam-decimam diem mensis Adar pro festis susciperent, & reuertente semper anno solenni celebrarent honore. Et infra: Suscepserunt Iudei super se, & semen suum, & cunctos qui religione eorum voluerint copulari, ut nulli liceat duos hos dies absq[ue] solennitate transigere. Item Judith, cap. vlt. in fine: *Dies, inquit, Victoria huius festiuitatis ab Hebreis in numero*

numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Indumento tempore &que in presentem diem. Item i. Machab. 4. fuit Iudas & frater eius & Uniuersa Ecclesia Israhel, novatur dies Dedicationis altaris in temporibus suis ab anno annump per dies octo. Quod festum etsi nouum & additum teribus, Dominus quoque præsentia sua honorauit, quia Ioan. 10.

De iudicialibus habemus exemplum i. Reg. 30. videlicet nouam legem condidit, ut æqua pars esset in bello dentium ad prælium, & remanentium ad sarcinas. Etiam est hoc, inquit Scriptura, ex die illo constitutum, & præsumtum, & quasi lex in Israhel. Nec obstat, quod dicuntur quasi lex. Nam in Hebræo non habetur, quasi lex, sed idem קָרְבָּן מִשְׁבֵּט לְהַלֵּל, id est, in præceptum, atque iudicium, sunt illa duo vocabula quæ habentur Deut. 4. & 12. non ergo prohibet Scriptura addi noua præcepta, sed prohibet addi minui de ipso opere. & confirmatur hoc. Nam Deuter. 4. Moses non alloquitur Principes, quorum est leges condidit, sed populum, cuius est obedire, ergo solùm præcipiendum populo conueniebat præcipi, nimirum, ut impleatur magis opera præcepta, non addendo, vel minuendo. Quodammodo explicuit idem Moses Deuter. 5. ubi loquens de eadem. Edicite, inquit, qua præcepit Dominus Deus vobis, nesciatis neque ad dexteram, neque ad sinistram. Certum est enim, hic Mosem loqui de impletione præceptorum non lectionis nouis legibus.

Est autem hoc loco obseruandum, cum Moses præcepit non esse addendum ad id, quod lex præscribit, hoc docet intelligi de additione corruptente, non autem de perficiendo opus præceptum. Nam cum lex dicit: Non furaberis, quantum non aufert aliena, sed etiam donat sua, plerique quām lex præcipiat: nec tamen dicitur addere, quia non struit præceptum, immò melius illud seruat. At cum lateri, solùm sacrifices oves & boues, & aues mundas, si quis relinqueret, etiam canes, & sues, & homines, ille addet, & non competit præceptum. Et hoc exemplum ponitur Deuter. 12. cum prohibetur additio, ne videlicet sacrificarent filios suos, sicut Gentiles faciebant.

Sectio

SECUNDО, solui potest argumentum, etiamsi admittere-  
mus Scripturam prohibere additionem nouarum legū. Nam  
deberet intelligi ista prohibitio solum de additione legum  
contrariarum prioribus legibus, ut B. Thomas recte monet  
in cap. I. ad Gal. lect. 2. & 3. & patet ex legibus postea additis, ut  
iam ostendimus.

TERTIO, posset etiam dici, non esse eandem rationem  
Testamenti veteris & noui. nam quia lex Testimenti veteris  
dabatur vni tantum populo, & ad certum tempus, nimisrum  
vsque ad Christi aduentum, potuit facile determinare omnia  
in speciali, ut etiam fecit. Nam in speciali præscribit omnia,  
qua tam ad cultum Dei, quam ad iudicia, & forenses conten-  
tiones pertinent. Et ideo non esset mirum, si prohiberet addi-  
alias leges. At lex Euangelica datur toti mundo, id est, diuer-  
sissimarum nationum populis, & duratura est usque ad finem  
mundi. Et idcirco non poterat tam facilè determinare om-  
nia in speciali, ut non essent adhuc necessariae leges aliæ, tam  
ciuiles, quam Ecclesiasticæ. Neque enim poslunt diuersissimi  
populi conuenire in iisdem legibus & ritibus. Itaque Deus  
melius esse iudicauit, si in Euangelio, quod est commune om-  
nibus, traderet communissimas leges de Sacrementis, atque  
articulis fidei, & alia magis specialia pro locorum & tempo-  
rum diuersitate relinquere instituenda per Apostolos eorum-  
que successores.

TERTIVM argumentum sumit CALVINVS ex Isaia, ca-  
pit. 33. vbi legimus: *Dominus Iudex noster, Dominus Legifer  
noster, Dominus Rex noster.* Aequivalere autem hæc verba i-  
stis, Dominus solus est Iudex, Legifer, & Rex noster, patet ex  
epistola Iacobi, cap. 4. *Vnus est Legislator, & Iudex qui potest  
perdere & saluare.*

RESPONDEO; Isaiam & Iacobum loqui de Legislatore pri-  
mario, qui sua propria auctoritate potest iudicare & leges fer-  
re: neque nos talem esse dicimus summum Pontificem, sed  
solum Christum. Pontificem enim, non Regem, nec Iudi-  
cem, aut Legislatorem primarium facimus, sed Vicarium Re-  
gis & Iudicis, ac Legislatoris Christi, qui possit Christi aucto-  
ritate leges condere. Quomodo etiam loquitur B. Cypri-  
nus libro I. epistola 3. vbi Pontificem dicit esse Iudicem loco  
Christi.

AT, IN QUIES, Iacobus dicens: *Vnus est enim Legislator, & Index, qui potest perdere & saluare*; reddit rationem, cur debeant omnes homines seruare leges, & non dare; Proinde excludit omnes alios legislatores, qui nimis velint obligare conscientias, & perdere prevaricatores, & saluare obdolentes. Sic enim loquitur: *Nolite detrahere alterum trum. Quia detrahit fratri, & iudicat fratrem, detrahit legi, & saluat legem*. id est, qui detrahit fratri bonum facienti, vobis nanti iniurias, *detrahit legi, que illud bonum præcepit*, *ut tem iudicas legem, non es factor legis, sed index*. *Vnus est enim Legislator & Index, qui potest perdere & saluare*. Vobis legitur una propositio post illa verba: *Si autem inducimus, non es factor legis, sed index; nimis haec, debes autem homo, esse factor legis, non iudex*. Et subiungitur ratio: *Vnus est enim Legislator & Index*.

RESPONDEO; Iacobum alloqui omnes homines, quibus subsunt aliquibus legibus: & velle dicere, nemini potest iudicare legem sui superioris, cum unus tantum sit legislator & iudex, ita summus & primarius, ut solum leges dare, non autem accipere debeat; & qui sic potest perdere & saluare, non ipse neminem timeat, & a nemine aliquid speret. Porro papae ceterique Episcopi, et si iudicare, & leges ferre possunt, non iudicandi sunt etiam a Deo, & leges Dei seruare debent.

QUARTVM argumentum sumit CALVINVS et alii. c. 29.  
Eo quod appropinquat populus iste ore suo, & latra sua glorificat me, cor autem eius longe est a me, & timuerunt ne mandato hominis & doctrinis, ecce ego addam, &c. Vbi Dominus conqueritur, quod populus Israël timuerit se mandatum, id est, timorem seu cultum, & religionem Dei constituerint in hominum mandatis seruandis. Similia habentur Matth. 15. & Marc. 7.

RESPONDEO; mandata hominum in Scriptura non recipi cari quaelibet hominum præcepta, sed ea solum, quae omnia sunt humana, ita, ut nec Deo iubente, nec inspirante, nec auctoritate vello modo constituta sint. Quæ sunt duplicita, quædam sunt contraria diuinis mandatis; quædam mortalia prorsus & vana. Id patet ex omnibus locis, vbi nominantur humana præcepta, ut Isa. 29. Matt. 15. Mar. 7. Colos. 2. 1. Tim. ad Tit. 1. PORRO Dominus ter inuenitur Phariseos reprehendens

hendisse propter traditiones humanas. P R I M O , Matth. 15. vbi arguit eos, quod seruarent mandata humana contraria diuinæ legi. Nam Matth. 15. postquam dixerat, Phariseos præcepisse, ut filii darent templo, quod alioqui debitum erat parentibus, subiungit: *Irritum fecisti mandatum Dei propter traditionem vestram.* Et mox adducit locum Isaiae citatum. Quare S. I R E N A E V S lib. 4. cap. 25. & 26. exponens hæc loca Isaiae & Matthæi, dicit intelligenda esse de præceptis Phariseorum pugnantibus cum diuinis legibus.

S E C U N D O , reprehendit Marci 7. traditiones seu mandata hominum, id est, quasdam inutiles, & fruolas cærimonias solo spiritu humano adinuentas, quas tamen Iudæi tanti faciebant, ut anteponerent diuinis mandatis. Relinquentes mandatum Dei teneris traditiones hominum, Baptismata vrecorum & calicum, & alia similia his facitis multa.

T E R T I O , reprehendit eosdem Matt. 23. quod bonas quasdam leges pluris facherent, quam diuinam legem. Vbi non vocat eas leges præcepta hominum, sed dicit, hæc oportuit facere, & illa non omittere. Solùm enim in eo peccabant circa istas cærimonias tertij generis, quod in eis summam religiosi constituerent, cum tamen externæ essent. isti similes erant cani Æsopico, qui propter umbram panis reliquit panem ipsum, ut pulcre Irenæus ait lib. 2. c. 12. de hereticis Valentiniis, qui maluerunt Angelum quendam pro creatore habere, quam Deum.

Porrò mandata Pontifícia & Ecclesiastica, et si humana dici possint, quia non sunt immediatè à Deo, tamen nec usquam in Scripturis dicuntur mandata hominum, nec reprehendi possunt, cum nec pugnent cum diuinis mandatis, nec sint inutilia, neque nos ea anteponi, sed postponi debere dicamus diuinis præceptis.

Q V I N T U M argumentum sumunt ex verbis Pauli, quibus liberi afferuntur Christiani à mandatis hominum, 2. Cor. 3. Vbi Spiritus Domini, ibi libertas. Ad Gal. 4. Non sumus ancilla filij, sed libera, qualibetate Christus nos liberavit. Et ad Galat. 5. State, nolite iterum in gressu seruitutis contineri.

R E S P O N D E O , libertatem Christianam in tribus consistere. P R I M O , in liberatione à seruitute peccati, de qua Paulus Rom. 6. Liberati à peccato, servi facti estis iustitia.

**S E C V N D O**, in liberatione à seruitute legis diuinæ mortalis. Nam lex sine gratia non potest impleri, & tamen minatur pœnam, nisi impleatur, atque ideo premit, ac tener homines, tanquam seruos, sed gratia Christi liberat nos ab isto timore, & seruitute: non quidem eximendo nos ab obligatione impletandæ legis, sed aspirando caritatem, per quam faciliter benter legem impleamus. De qua Apostolus 2. Corin. 7. *Qui spiritus Domini, ibi libertas. Et Galat. 3. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Vnde A. T. 6. S T I N V S lib. de continentia, cap. 3. Non sumus, inquit, sub lege bonum quidem iubente, non tamen dante, sed sumus ob gratia, quæ id, quod lex iubet, faciens nos amare, potest ultra imperare.*

**T E R T I O**, in liberatione à seruitute cærimonialium & dizialium præceptorum Mosis. de qua A. T. 15. *Quid tentauis imponere iugum super cervices discipolorum, Eccl. Et Galat. State, & nolite iterum in ideo seruitutis contineri. Quod autem simus liberati ab obedientia Prælatorum, nusquam legimus, sed contrarium potius, cum Paulus clamet: Obeyit propheticis vestris.*

Quocirca Petrus & Paulus præuidētes in spiritu haricis huius temporis, qui prætextu libertatis, neque ieiuniorum ab Ecclesia, nec ullam aliam legem ferre possunt, frequentissimè inculcare voluerūt, ut obedientiam Superiōrum etiam Ethnicis exhiberemus, 1. Pet. 2. *Subjecti estote, inquit, domini humana creatura propter Deum. Et infrā: Quasi liberi, non quasi velamen habentes malitia libertatem. Et 2. Pet. 2. De hexacis inquit: Libertatem illis promittentes, cum ipsis servat corruptionis. Et Paulus Gal. 5. Vos in libertatem, inquit, vocatis estis, tantum ne libertatem in occasionem detis carnū.*

### CAPVT XVIII. Soluitur argumentum ex comparatione legum.

**E X T U M** argumentum; Si Deus voluit Christianos esse liberos a cærmoniis Iudaicis, aliisque posuisse legibus Testamenti veteris, ergo etiam a cærmoniis, quas Pontifices introduxerunt, & ab aliis humi-